

24. De hac voluntate loquitur Jehova Ezech. 18. v. 23. 33. v. 11: *Vivo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* Et Apostolus 1. Timoth. 2. v. 4: *Hoc bonum est & acceptum coram salvatore nostro DEO, qui OMNES homines VULT salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire.* Ephes. 1. v. 9: *DEUS pater secundum beneplacitum suum proposuit, in dispositione plenitudinis temporum instaurare OMNIA in Christo, quae in terris sunt.* 1. Tim. 2. v. 4: *DEUS vult OMNES homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* 2. Petr. 3. v. 9: *DEUS non VULT ALIQUOS perire sed OMNES ad poenitentiam reverti.* Imò Luc. 19. v. 4. & Matth. 23. v. 37: *Sanctè attestatur CHRISTUS, se etiam ipsos pereuntes, ita voluisse colligere, sicut gallina pullos colligit; sed, ipsos noluisse.*

25. Atq; hinc, nempe respectu hominum, voluntas hæc rectè dicitur universalis: quia omnes omnino homines respicit, & tribus immotis fundamentis universalibus nititur:

Voluntas
Dei ante-
cedens cur-
universa-
lis.

26. Primùm est universalis DEI dilectio & misericordia, quâ DEUS omnes homines complexus est, & NEMINEM in salutis hoc consilio odio absoluto præterit. Quod manifestum est ex dictis subsequentiibus. Psal. 145. v. 8: *Miserator & misericors Dominus, longanimis & magna misericordia; Bonus est Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus.* Siracid. 18. v. 16: *Misericordia hominis tantùm est erga proximum: Dei autem misericordia effudit se in totum mundum.* Joh. 3. v. 16: *Sic DEUS dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Rom. 11. v. 32: *Conclusit DEUS omnes sub incredulitatem, ut OMNIUM miseretur.* Tit. 2. v. 11: *Illuxit gratia & Φιλανθρωπία Dei salutaris omnib. hominibus.*

1,

27. Alterum fundamentum est universale & sufficiens
Chri-

2,